



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Sucquet E Societate Iesv Via Vitæ Æternæ

Sucquet, Antoine

Antverpiae, 1630

Cap. 51. de affectibus in genere

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54856](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54856)

membris collocare possumus : Ecclesiam ejus sponsam in corde, Superiores in capite, subditos in sinistrâ, benefactores in dextrâ, adversarios in genibus peccatores in pede sinistro, animas purgandas in dextro.

Notandum Secundò, septem Horas canonicas his septem ordinibus hominum, pro quibus orandum est, posse applicari.

Notandum Tertiò, ad attentionem conciliandam etiam fore utile discrimina illa, quæ corporaliter hîc videre licet expressa, spiritualiter concipere, atque hoc pacto stimulos nobis addere, ad fervorem in oratione aliisque pietatis exercitiis.

Dignatus es, ut supr. pag. 10.

CAPVT LI.

De affectibus Orationis in genere.

NOTA diligenter animam nostram solâ voluntate bona mereri, sola illa sancta verè Deo placere. Attende igitur in omni Meditatione & piâ consideratione nullum meritum esse, & parum utilitatis, nisi voluntatis actus & affectus simul exerceantur. Pluris certè unus voluntatis actus est apud Deum, quàm scientia totius orbis terrarum. Quid enim prodest homini si eum noverit, immò lucretur, & animæ suæ detrimentum patiat? Hæc adfero ut in omni Oratione affectibus maximè insistas, & ante omnia amori. Insistere autem affectui potes ductum Spiritus sancti sequendo, quoties ille spirat in anima tuâ. Quando verò non spirat, vela, ut sic loquar, piarum cogitationum pande, & vel jaculatoris his utere, aut prolixiori affectu te exerce. Adverte igitur præcipuum finem in affectu positum esse, vnus enim charitatis actus vel contritionis Filium Dei & beatum facit. Hos itaque familiares habe, neque tamen alios negliges. Cavendum autem tibi ne sicut picæ de uno in alterum affectum transilias, sed altè imbibas oportet unum aliquem, maximè charitatis, humilitatis, patientiæ, &c. Inter affectus numerare etiam poteris Dei præsentiam, quam in omni Oratione, maximè tamen initio vivificare oportet, idque eò facilius,

Matth. 16.

*Affectibus
maximè in-
sistendum.*

*Quomodo
affectibus
utendum.*

*Non est de
uno in aliū
leviter
transiendum.
Affectibus
etiam adice
Dei præsen-
tiam.*

facilius, quod anima iusti templum sit Dei, & sedes Sapientiae. Itaque cum Prophetâ dic: Tu autem in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum invocatum est super nos, ne derelinquas nos Domine Deus noster. vel cum Psalte: Adhaereat lingua mea faucibus meis si non meminero tui, vel illud versa: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi, vel illud: In ipso enim vivimus, movemur & sumus. Quemadmodum autem affectus alii augeri possunt, ita & hîc: verbi gratiâ; 1. Affirmatione cum fide vivâ, 2. Reprehensione sui & cõtritione, 3. Interrogatione cum motivo aliquo è primâ hebdomadâ, atque ita vides hos tres actus ad illam seu viam purgativam pertinere. Pro Illuminativâ pete affectum N. vel virtutem à Deo & diffide tibi, 2. Obsecra Deum, & per Sanctos eum roga, eosque imitari propone, 3. Propositum firma magno affectu, & ad particularia descende. Pro Vnitivâ admirationem & excita, simul & amorem, ex quo 2. progredere ad perfectam resignationem, quâ virtutis obex tollitur. 3. Intentione purâ ex sincero amore affectum in Deum converte.

Anima iusta est Dei templum. Jerem. 14. Jaculatoria pro Dei praesentia. Psal. 136. Matth. 28. Actor 17. Quomodo affectus augeri possint.

Jaculatoriâ pro Dei praesentia.

Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Gen. 28.
 Si in te vivo, moror, & sum, quomodo eheu oblivisci poterò Actor. 17.
 tui, & in medio ignis charitatis tuae non aestuare?
 Quid faciam tibi, ô Iudex supreme? quid in iudicio ad haec respondebo tibi? Iob. 31.
 Pro illuminativâ dic: Ostende mihi faciam tuam & salvus ero, Psal. 79.
 adimplebis enim me letitiâ cum vultu tuo.
 Obsecro te, qui caelum & terram implet, per Amorem tuum, dâ ut Ierem. 23.
 nunquam cogitatione, verbo aut opere recedam à te.
 Providebo Diminui in conspectu meo semper N. quoniam à de- Psal. 15.
 xtris est mihi, ne commovear.
 Pro unitivâ. O Domine, quis tu es, & quid est homo obliviosus Psal. 8.
 quod memor es ejus? adhaereat lingua mea faucibus meis, si non me- Psal. 136.
 minero tui.
 Ecce sto coram te hodie, & paratum tibi cor meum. Psal. 56.

Psalm. 72.

Quid mihi est in celo, & à te quid volui super terram, qui ubique es, & unus omnia mihi es?

*Adorandus
Deus hie-
millime,
Iob. 26.*

Nota, post memoriam præsentia Dei, ut minimum divinam ejus Majestatem adorandam maximè fidei, spei, & charitatis actibus, summaq; humilitate, ad qua Majestas & magnitudo illius, & vilitas & nihilum nostrum excitare nos potest. Quid enim faciet ver nis & non homo? coram illo coram quo tremunt Potestates, & columnæ cæli contremiscunt? Dilatari hic affectus adorationis possit, sicut ille de præsentia Dei, præfertim Regio Plalte spiritu Domini modulante, & suppeditante tam dulcia de hac re carmina & eloquia Scripturarum.

*Actus viva
fidei,*

Post hunc affectum Adorationis actus vivæ fidei exercendus est, ut & consideratio viva sit, & illius boni fructus colligantur. Cæteri affectus Compassionis, Contritionis, Imitationis, Gratitude, Admiratio- nis, Gaudij, Spei, Amoris & Resignationis pro re natâ excitari debent, iisque se anima quasi immergere, & impinguari in oleo devotionis. Habent tamen affectus hi aliquem ordinem, respondentque diversis viis, verbi gratia: Viæ purgativæ, affectus Timoris, Contritionis, Detestationis peccati & fiducia: Viæ autem Illuminativæ, affectus Imitationis, Lætitia, Gratitude, Compassionis: Unitivæ affectus, Admiratio, Dilectionis, & ex affectu Amoris unitivi purissimæ & Deificæ intentionis.

Jacob. 1.

Observa autem ex Amore Dei ad Amorem proximi descendendum esse, & sæpè hunc exercendum. Imò vehementer expedit præcipuarum virtutum affectus in animo suo dilatasse, ut si quando illarum occasio occurrat, facilius exerceri possint & radicari: præcipuæ autè virtutes sunt Dei præsentia, humilitas, paupertas, patientia, pura intentio, & contemptus rerum humanarum, qui sicut & patientia summam perfectionis continet juxta illud dictum. Sustine & abstine & Spi-
ritus

ritus Sancti pronunciatum Patientia opus perfectum habet quâ solâ possidere possumus animas nostras. Verum cum virtutes præcipuæ alias ferè omnes complectantur, hîc infra habes earum breve exercitium, ut quoties in meditatione aliquod ejus motivum occurrat, illud etiam usui esse queat, ut altius illius virtutis affectus in animo radiceatur. Si longius desideres, id ex ipsarum loco proprio petendum erit.

CAPVT LII.

De affectu viva Fidei & modo eum exercendi.

Hic quanti sit, apparet, cum sit substantia rerum *Hebr. ix.* credendarum argumentum non apparentium. Continet hoc 1. pium affectum erga Deum, & æternam veritatem, quo quis ei ubique præsentem, corde affectitur, & adhæret, eumque adorat.

2. Humilitatem, quo rejectis argumentis contrariis captivamus intellectum in quo obsequium Christi & Dei, non tantum in uno, sed in omnibus quæ credenda sunt. *2. Cor. ii.*

3. Constantiam, quâ & si blandiatur mundus, aut premat, nos toto corde veritati adhæremus iis, quæ præcepti, & consilii nobis ab optimo Domino nostro proponitur. *Vii Martyres fecerunt.*

4. Argumenta probabilitatis valdè juvat expendere, cum ad hoc signatum sit super nos lumen vultus Domini nostri.

5. Nota utilissimum esse in omni Oratione fidem vivificare, & juxta illam operari, & sancta concipere desideria.

Exercitium Fidei brevius.

CREDO tibi, ô veritas, ô bonitas, & hîc, & ubique mihi *Rom. 15.* presentissima, & hæc, & quacumque scripta, facta & à te *Iacob. 2.* dicta sunt, ad meam esse instructionem, & certissima esse profiteor *opere* coram curiâ tuâ, neque esse quod excusem, nisi credam illa, &